

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nummotheca Principum Austriae**

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

**Herrgott, Marquart**

**Friburgi Brisgoviae, 1752**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241470)



Tab. XIII. esse statuo cum Cl. KOEHLERO  
P. II. *Prefat.* §. 35. *M. Imp.*  
*ar. pond.* 1. *unc.*

XXXIII.

CAES. *ar.* MAXIMILIANVS.  
SEMPER. AVGVSTVS 1516. Pro-  
tome Imperatoris in toga cum  
patagio pelliceo, capite supra  
caliptram, pariter replicatam,  
corona aperta tecto, & ad læ-  
vam converso.

In postica nummi parte,  
quæ perigraphe caret, idem  
Cæsar cataphractus gladio ob-  
longo præcinctus, & insigni  
aurei velleris ornatus, cum ga-  
lea coronata in capite, equo  
phalerato, & armato insidens,  
& dextrorsum equitans exhi-  
betur: dex. frœnum tenens,  
sinistram parazonio suffulciens.  
Caput equi aquila coronata pan-  
sis alis superbit: frons vero  
cornu acuto armatur. Dor-  
suali aquila Imperialis biceps  
impressa, quæ parmulam *Burgun-  
diæ & Austriæ* tesseriis distinctam,  
in corde cernendam præbet:  
anterior equi ornamentum *Au-  
striæ* symbolum refert.

Numisma hoc anno 1516.  
percussum fuisse, adiecta Christi  
æra nos edocet; eo nimirum  
tempore, quo nummus proxime  
præcedens cufus fuit. Sed  
in hoc typo forma maiori &  
elegantiori habes integram ar-  
maturam Cæsaris, exercitum,  
pro more illius ævi, ad præ-  
lium ducentis. Anticam porro  
huius nummi partem duobus  
typis, nonnihil variantibus, in  
gazis Aulæ Vindobonensis sin-  
gillatim reperi, quorum ex-

TOM. II. P. I.

(a) *Ger.* a ROO, GUICCIARDIN.  
HEVTER, & alii apud STRUV.

empla cum lectoribus meis etiam  
communico. T. H.

MAXI-  
MILIA-  
NUS I.

XXXIV.

Perigraphe & vultus præce-  
denti typo fere similes. Hic  
vero nomen MAXIMILIANUS  
integrum exaratum, cuius lit-  
tera postrema s. in priori desi-  
deratur. Galerius porro in num-  
mo præfenti corona illa caret,  
quæ in præcedenti observatur.  
Cæterum hunc ipsum typum in  
tabulis HERÆI etiam inveni. *M.*  
*Imp. ar. pond.* 3. *unc.*

XXXV.

In epigraphe scribitur MAXI-  
MILIANVS. inserta per errorem  
littera v. ante n. Sed sciend-  
um est, nummum hunc, cuius  
exemplum hic damus, non  
esse cufum, verum primo fu-  
sum, tum scalpro expolitum,  
& demum scriptura incisa ab-  
solutum. *M. Imp. ar. pond.*  
3. *unc.*

XXXVI.

IMPERATOR. CAESAR. MAXI-  
MILIANVS. PIVS. FELIX. AVGV-  
STVS. Protome Cæsaris fere  
ut num. XXI.

SVB. CAES *ar.* MAXIMILIA-  
NO. AVGVSTO IMPERIVM. ROM.  
*anum* PACATVM. E. *st.* Figura  
muliebris stolata, seu Ceres  
Dea, sedens super canistrum,  
fructibus refertum, dex. fructus  
porrigit, similesq; fructus sin. te-  
net. In exergo æra Christi 1516.

Hoc anno die XIII. Aug.  
Novioduni pax est sancita, quæ  
ingens orbi Christiano gaudium  
attulit (a). In cuius rei me-

E 2

mori-  
Corp. Hist. Germ. Tom. II. pag. 569.

2



MAXI-  
MILIA-  
NUS I.

moriā & Cæsaris gloriā, elegans hic nummus cufus fuit, Ceresque ei impressa; ob spem conceptam, quod omnis generis fructus, ac ingentia emolumenta in Rempublicam Christianam inde redundatura sint. Cæterum numisma hoc prægrande, in gazis Archiducum Austriae asservatum, ex duplici lamina argentea compactum est: æra Christi in postica eius parte clare aperteque expressa in typo LUCKII omissa fuit; hinc nummum istum perperam ad añum Christi 1518. reposuit: adeoque falsam etiam eius explicationem dedit. *M. Imp. pond. unc. 7. T. H. & ap. LUCK. pag. 41.*

## XXXVII.

Tab. XIV.

MAXIMILIANVS. CAESAR.  
Protome Imperatoris fere ut  
num. XXIX.

KAROLVS. REX. CATOLICVS.  
Protome CAROLI in toga cum  
patagio pellito & Ordinis aurei  
velleris insigni: capite pileo in-  
ciso operto, & dextrorsum  
converso.

Nummum hunc anno 1516. cufum fuisse existimo, quo CAROLUS defuncto FERDINANDO *Catholico*, hortatu MAXIMILIANI Cæsaris, titulum *Regis Hispanie* assumpsit: vel anno insequenti, quo suadente iterum Cæsare, qui in Belgium advenerat, CAROLUS felici navigatione in Hispaniam delatus, regni administrationem suscepit, atque cum MAXIMILIANO avo & HENRICO *Anglo* fœdus Gallicum inivit (a). *M. Imp. a.*

(a) Conf. STRUV. loc. cit. ad hos  
annos.

## XXXVIII.

Tab. XIV.

Adversa huius numismatis pars perigraphen duplici in circulo expressam exhibet: † MAXIMILIANVS. D. ei gratia ROMANORUM IMPERATOR. SEMPER. AVGVSTVS: AC: HVNGARIAE DALMATIAE CROATIAE REX. ARCHIDVX. AVSTRIE DVX: BVRGVN di<sup>E</sup>

MAXIMILIANUS ornatu Imperatorio conspicuus, adversa fronte sedens in folio, dext. sceptrum tenet, sin. globum Imperii. Duo gryphi alati hinc atque illinc scuta, quæ thronum exornant, sustinent: a dextris scutum est *Hungariae* coronatum, a sinistris *Austriae* pileo Archiducali tectum: gryphi porro insistent binis clypeis, qui *Alsatie* & *Habsburgi* impressis symbolis sunt insignes. Subtus ad pedes maioris formæ scutum aquilam Imperii bicipitem refert.

Postica nummi pars quinque scuta præbet. Medium, illudque maius, imposita Imperiali corona, bicipiti aquila Imperii conspicuum, a duobus gryphis alatis sustentatur, tenentibus igniaria, additis infra flammis, cum symbolo *Aurei velleris*. Æra quoque Christi scuto adiecta 1518. Supra a dextris clypeus *Hungariae* coronatus, a sinistris fascia Austriaca, galeo Archiducum operta. Infra *Burgundie* & *Habsburgi* insignia.

Anno hoc 1518. MAXIMILIANUS Cæsar in celeberrimo conventu Augustano consultabat cum Electoribus de futuro Rege